



2b. 15



02. 72  
SPECIMEN  
POLYMNEMONIS

SEU

LOCORUM COMMU-  
NIUM

Novo, exactiori & ad usum accommo-  
datiori ordine

*Selectioribus etiam sententiis & exemplis,*

Ex omni scriptorum probatissimorum & elegantissimo-  
rum Græcorum, Latinorum, genere

*In subsidium iis qui*

*scribendo,*

*legendo,*

*perorando,*

Profecturi, aut quoquo modo memoriam

adjuturi sunt,

CONCINNATORUM

Cura & opera

TOBIÆ MAGIRI.

Qui præcesserunt non præripuisse mihi videntur quæ dici poterant,  
sed aperuisse. Sed multum interest utrum ad consumptam mate-  
riam an ad subactam accedas: crescit indies, & inventuris inventa non  
obstant. *Præterea conditio optima est ultimi. Seneca ep. 78.*

FRANCOFURTI

TYPIS

*Lectori Salutem propitiam.*



**P**OLYMNEMONIS ubi cujusdam cum in scriptis tum dissertationibus publicis mentionem fecissem, eoqve Lectorem Auditoremqve meum, aut me potius ipsum remissem, factum est, ut quis ille, unde domo, quid portet? non ab uno & *Literatorum*, & qui literas in secula mittunt, *Bibliopolarum* quaesitum sit. Quibus ego respondere tergiversatus sum haecenus, quod me à neutris inter lituos & tubas exauditum iri metuerem: nunc verò ubi pacem nobis aut inducias promittunt alii, ipse vero probè novi nò semper inter arma silere artes: sed incrementa non raro sub ipso strepitu capere uberrima, cujus rei vel una Batavia dulcis Musarum nutricula & fortissima propugnatrix, testis est; tum & hodiè dari, altera qui manu librum, altera qui telum gestant, utrisqve responsi loco specimen hoc in antecessum dare volui, quò inde si *Polymnemonia* dictum frugi ac sibi suisqve usui fore exputaverint, aut tramitem in lucem quo migret publicam, inveniant, aut censura me de eodem sua eruditio reddant.

Atqve ut primas saltim lineas ducam: cui *Locos communes* ut passim vocant, concinnare est animus, eum cum primis & *quid scribat*, & *quo ordine*, & *qua fide*, attendere necessum est, id quod jam olim Peripateticorum Antecessor *1. top. 14. §. 4.* non obscure flagitavit: *Primum*, ne quævis, abjecta, trivialis, promiscua, proletaria: *alterum*, ne conturbatè, contortè, præposterè: *Tertium*, ne sine teste, aut cum teste quidem, sed sublestæ fidei, ne suppresso libro & loco, convaset, cumulet, annotet.

De his à Scriptorum in hoc genere turba, non observatis, ecquanta hodiè querela est! Modò eos obvia quævis corripere, nec minus esse quam *Florilegos*, nisi tale & jumentum sit in prato proxima sibi depascens & ventrem non levans sed onerans: modò sursum prorsum disjicere omnia, tanquam ruta & cæsa, ita ut si quid in rem adsit, id nisi toto libro aut titulo pervolutato inveniat: Modò autorem non addere, non volumen, non titulum, non caput, non verba, sed ea mutata & mutilata recitare. Quæ omnia quantum usui *Locorum communium* officiant, hæc capere scida non potest.

Ut sicut in mari qui notavit, declinat, ita & noster *Polymnemon* prædicta devitavit discrimina.

Etenim.

I. Nec *rubricas* rerum passim consignatarum exhibet, sed quas pertractatas vix quisquam luculentè dedit, aut si *rubricas* nonnullas cum aliorum libellis communes habet, dicta sanè, exempla, facta non eadem, non observata, non communia, non congesta, subjecit: ut tantum inter hunc & aliorum *Florilegia* intersit, quantum inter Phrygum & Persarum, quod ajunt, limites.

II. *Ordinem* in singulis rubricis observavit Logicum, quantum sementis rerum ab Auctoribus suppeditata, admittere valuit, etsi terminis non Logicis, verum ad fastidium defugiendum, realibus. *Numeris* concatenavit omnia, quos præmisit, ita ut præmissis ad marginem mediè respondeant: cum ne ulla in inveniundo quod quaeritur, mora irrepat, tum ut

III. *Auctorum Syllabum* præscripsit, cum Græcorum tam veteris quam novæ seu Constantinopolitanæ historiæ: tum Latinorum, præcorum quidem inque iis probatissimorum ac elegantissimorum magno numero, parco recentiorum: neminem Poetarum omisit aut Oratorum celebriorum: singulis sua adjunxit quibus apud laudatos clarent Viros, *elogia*. Dein *Nomina* perpetuo copulavit excerptis, *librum* etiam *capitulum*, *paginam*, *literam*, omnia bona atque oculata fide: Nihil omnium hunc in finem, quod satiare sui studiosum, sed quod ipsi Manuductor itare ad fontes ipsos, qui adeo negliguntur, gestiat. Sed tu singula ipse in titulo hoc perbrevis sed & insuper in compendium redacto contemplare.

## ABSENTIA

vel de

## ABSENTIBUS.

1. *Absentia plerumque diuturna videtur*
2. *Et anxiam,*
3. *Amantibus potissimum;*
4. *Eò quod noxia habetur.*
5. *Ea mentionem amat,*
6. *(Quam sentire absentes credebantur)*
7. *Sed non nisi honorificam:*  
*Absentes enim,*
8. *Quos vel alias reveremur magis,*
9. *Ladere, improbi est,*  
*malè morati,*  
*timidi:*
10. *Còtra eos v. ut victoriam præsumere, valde inglorium:*
11. *Ita juvare eos æquum;*
12. *Et cum fama ut plurimum imponat,*
13. *Eos defendi publicè interest,*
14. *Maximè si ex necessitate,*
15. *Vel reipublicæ causa absint:*
16. *Damnari iniquum.*
17. *Nulli siquidem damnoſa debet esse absentia.*

*Absentia*  
*Plerumque diuturna videtur.*

**S**Eqvor te literis, quia mente & affectione non desero.  
Nec videor mihi cito hæc arripere solatia, cum adhuc apud nos recens jucunditas tua vigeat. Sentio enim *bonorum separationem statim diuturnam videri.*

Quod si ut præsumo, etiam tuus animus expertus est, fac noverim festinata scriptorum vice, te quoque *hoc intervallum dierum longum putare. Symmach. lib. III. ep. 84. ad Rufin. &c.*

2. Ipse valeo: si valere est, sus-

stantem in horas, timentemque pro capite amicissimo, quicquid accidere homini potest. *Plin. libr. III. ep. 17.*

Suspensum & anxium est, de eo quem ardentissimè diligas, interdum nihil scire, &c. Vereor omnia, quæque natura metuentium est, ea maximè mihi, quæ maximè abominor, fingo. *Id. libr. VI. ep. 4.*

Omnibus peregrinantibus gratum est, minimarum quoque rerum quæ domi gerantur, fieri certiores.



Amantes

Potissimum  
amantibus. Non longè à caro corpore ab-  
esse volunt. *Catull. epigr. de coma*

*Beren. v. 320*

Pro sodalibus fide junctis, fede  
discretis frequenter incutiunt &

tuta mœrorem: quia promptius de

actionibus longinquis ambigen-

disque sinistra quæque metus au-

gurat. *Sidon. Apollinar. lib. II. X.*

*ep. 6. f.*

Ita ejus contemplatio, quan-

tum subtracta est oculis, tantum

pectori meo, ac pene intimis sen-

sibus implicata est: *Minutius de suo*

*Octavio p. August. in medic. c. 35. §. 7.*

4 *Εὐ γὰρ παρόντων ὠφελεῖται ὑ-*

*παρέχεται, ἀπόντων δὲ τὰ βλαπτεῖται*

*ἀνάγκη.* Cujus juvare potest præ-

sentia, illius necessario debet no-

ocere absentia. *Max. Tyrius dissert.*

*V. p. 51.*

5 *Ὁ παρὸν αἴτιον ἔδει, ἔτι καὶ*

*ἀπὸν ἔναντις.* Quod præsens

causa hujus, hoc absens causa con-

trarii, & c. *Aristot. 2. physic. c. 3. t. 30.*

6 *τῶν ἀπόντων φίλων μέμνησο*

*πρὸς τὰς παρόντας ἵνα δοκῆς*

*μηδὲ τῶν ἀπόντων ὀλιγοῦσθαι.*

Amicorum absentium mentio-

nem fac apud præsentibus, ut nec i-

psos absentes neglecturus esse vi-

dearis. *Isocr. ad Demonic. p. 13.*

Nam si abest quod ames, præsto

simulacra tamen sunt, Illius &

nomen dulce obversatur ad auris.

*Lucret. lib. 4. v. 1048.*

7 Absentes tinnitu aurium præ-

sentire sermones de se receptum,

*Plin. lib. XVIIII. c. 11.*

*(quam sentire absentes)*

Garrula quid totis resonas mi-  
hi noctibus auris?

Nescio quem dicis nunc me-

minisse mei. *Vet. Poët. in catalectis*

*Scal. lib. I p. 202. & c.*

Ne male loquere absenti amico.

*Plaut. Trinum. IV. 2. 81.*

*Μηδὲ βλασφημεῖται τις τὸν ἀ-*

*πόντη καὶ τὸν ἐνεόν.*

Absenti & surdo nemo malè

loquitor. *Joseph. lib. IV. antiq. c. 8.*

*& c. Herodot. l. VII. c. 10. §. 7.*

Unus è Barbaris (Germanis) æ-

tate senior, corpore excellens, ap-

pulso lintre & diu tacitus contem-

platus Cæsarem, Nostra quidem,

inquit, furit juvenus, quæ cum

vestrum numè absentium colat, præ-

sentium potius arma metuit quàm

fidem sequitur. *Vellej. l. I. c. 107.*

Et qui (quæ mea negligentia

est) multos sæpè dies ad te cum

hic eras, non accedebam, nunc

quotidiè non esse te, ad quem cur-

sitem, discrucior. *Cælius ad Cicero.*

*l. VIII. ep. 3. p.*

Neque quisquam est tam infi-

gnitè improbus, qui violare existi-

mationem absentis auderet. *Cic.*

*pro Quinctio c. 23. p.*

Inprimis provideat quivis, ne

malè mora-

sermo vitium aliquod indicet in-

si.

esse moribus, quod tum maximè

solet evenire, cum studiosè de ab-

sentibus detrahendi causa, aut per-

ridiculum aut severè aut maledicè

contumelioseque dicitur. *Cic. l. off.*

*c. 37. m.*

Haud absurdè Coponius Vir

prætorius, cum recens transfuga,

*Sed non nisi honorificam*

*Absentes nō (quos vel alios reveremur magis)*

*Ledere, improbi est.*

*malè mora-*

*(quam sentire absentes)*

Antonio in senatu objiceret: *multa*, inquit, *me hercules fecit Antonius pridie quam tu illum relinqueres.* Vell. l. II. c. 83. & c.

Timidi.

Qui absentes ferociter increpant, presentium verecundiam habent. *Liv. l. V. c. 25. f.*

Pervix sunt semper injuriis facultates absentium, & quodammodo videtur occasio homines in delictum trahere, quæ non potest animum pervadentis de resultatione terrere. *Theodoricus Rex ap. Cassiodor. libr. I. var. c. 15. f. Ambros. epist. Pauli ad Philem. f. 1. 2.*

10  
Contra eos  
s. ut victori-  
am presume-  
re, valde in-  
glorium;

Tales comparantur pueris & diculas infirmas parantibus ac protinus subvertentibus: itidem his qui exercitio sagittandi sunt occupati, quando stipulis quibusdam colligatis & super contumfixis, nec ita procul positis jaculantur, tumque exclamant quasi re magna peracta, si telum per sarmenta evolârit. *Luciano in Hermotimo sive de Sectis p. 219. t. 2. & c.*

Τῶν δ' ἐκδήμων φίλων

11  
Ita eos jubere  
æquum.

Δεῖ τὰς κατ' οἶκον ὄντας ἐκπονεῖν τύχαις: Hoc est, Absentium amicorum fortunas curare debent ii qui domi sunt. *Eurip. in Androm. v. 1052.*

Absente amico beneficus in illum suas:

Presente nam illo deperit benignitas. *Menand. v. 78.*

Si quid in absentes bene consulas, impensu majore gaudetur. *Symmach. lib. 7. c. 1.*

Fama solet supra verum de absentibus loqui. *Symm. l. V. I. ep. 16. & c.*

Publicè utile est absentes à quibuscunque defendi. *Ulp. l. servum quoque 33. §. publicè 2. ff. de procur. & defens. §. l. hoc edict. 1. ff. de negotiis gestis: Im. Alexander l. exigendi 12. §. sanè C. de procurat.*

Absentem qui rodit amicum, qui non defendit alio culpante, & c.

Hic niger est, hunc tu Romane, caveto. *Horat. l. 1. sat. 4.*

Quotiescunque ex necessitate non ex voluntate quis abest, ei subveniendum. *l. sed §. si 26. §. ult. ff. Ex quib. caus. majores.*

Absentia ejus qui reipublicæ causa abest, neque ei neque alii damnosa esse debet. *l. absentia 140. ff. de R. 7.*

Placuit Ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium. *Cic. l. II. in Verrem. c. 39. p.*

Divi Severi & Antonini Magni rescriptum est, ne quis absens puniatur. & hoc jure utimur, ne absentes damnentur. neque enim inaudita causa quemquam damnari æquitatis ratio patitur. *Marcianus l. Divi 1. in princ. ff. de requir. vel absentib. damnand. Carol. V. in const. Crim. Cap. CLV.*

Absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *c. omnia 4. qv. 9. causa 3.*

Moris erat, ut condemnati absentes, si injuriam sibi putarent fa-

12  
Et cum fama  
ma ut pluri-  
mū imponat

13  
Eos defendi  
publicè in-  
terest.

14  
Maximè si  
ex necessitate

15  
Vel reipublicæ  
causæ

16  
Damnari i-  
niquum.

quod est, culpam iudicium, &  
dicerent, se de integro velle expe-  
riri. *Ulpian. enarrat. Orat. Demosth.  
contra Midiam. p. 171. C.*

17 Damna non patitur perfecta  
Nulli namq; charitas absentiae. *Ennodius libr.  
VII. ep. 7.*  
damnosa de-  
bet esse ab-  
sentia.

Valde sufficit possessionem te-  
nentibus, absentium nomine con-  
tra praesentium violentiam subve-  
niri. *Constantinus l. Judices 1. in fin.  
ff. si per vim vel al. mod. abs.*

*His plura addere nunc non licet.*

## ABORTUS.

Hujus tituli numeros saltem noscendos  
damus,

- 1, 2, 3. Abortio causa dare cum  
vetitum,  
capitaliter etiam punitum,
- 4, 5. Homicidii instar;
6. Tale siquidem est prohibere nasci,
7. Nec minoris aestimatur foetus in u-  
quam editus: (tero  
Curandum, ne fiat abortio,
8. Atq; eo magis quo faciliores causa,  
ut sunt:  
odor lychni extincti,

- 9, 10. Saltatio,
11. Cinctura stricta,
12. Calor & frigus,  
cibi ingurgitatio,
13. Fructuum precocium esus,
14. Potus vini insalubris,
15. Aut veneni,
16. Labores & voluptates,
17. Terror,
18. & quavis alia negligentia.

## ADMIRATIO.

Accipe & hujus rubricae numeros saltem quos variis  
& sententiis & historiis Polymnemon exposuit.

- 1, 2. Admiratio est quae ex ignoran-  
tia causarum oritur,  
sciendi cupiditas:  
Unde Philosophiae principium:
3. ejusq; abolitio Philosophiae finis &  
complementum est.
4. Admiramur rara & nova,
5. magna & inopinata,  
periculosa,  
parva magnorum indicia,  
quae fortuito nec temere rament  
fiunt.

6. abstrusa,  
artificiosa,  
subita,  
vana etiam interdum,
7. neglectis praclaris,
8. qualia spernere virtutis est.
9. Adm: nimia, stultitia nota  
& damni conciliatrix.  
Adm: laudi cognata est:
10. & juncta cum gestibus, quales  
manus sublatio,  
silentium & stupor.

Designatio



Designatio rubricarum ex Auctori-  
 bus jam conceptarum, ita ut cum addi tum  
 adimi iis possit. †

*Quae conscriptae complent octerniones circiter non gentos,  
 hoc elementario ordine.*

<b>A</b>	Amici	<b>C</b>	Calamitas	Desperatio
Abortus	Amicitia	Calvitium	Deus	Discentia
Absentia	Amor	Calumnia	Discipuli	Disputatio
Abstinencia	Animus	Canis	Divinatio	Divitiae
Absurdum	Annona	Caro	Doctor	Doctrina
Abusus	Annulus	Castitas	Dolor	Donum
Accipere	Annus	Casus	Dubitatio	Dux belli
Accusatio	Anni novi ritus	Cassidicus		<b>E</b>
Actio	Argentum	Certamen	Ebrietas	Eclipsis
Adjutorium	Arma	Cibus	Educatio	Eloquentia
Admiratio	Artes	Civis	Epistola	Error
Admonitio	Artes Liber.	Civitas	Eruditio	Exercitatio
Adolescentia	Artes Manuariae	Clades	Exilium	Experientia
Adoptio	Artifices	Clementia		<b>F</b>
Adoratio	Astronomia	Coelum	Factum infectum	Falsitas
Adversa	Avaritia	Chorea	Fama	Fames
Adversarii	Audacia	Conservare sua	Fames	Felicitas
Adulatio	Auditus	Consilium	Feriae	
Adulterium	Aurum	Contemptus		
Advocati	<i>Αυτάρεσια</i>	Contentum esse suis		
Aedificia	<i>Αυτοχρησια</i>	Contumelia		
Aemulatio		Convivium		
Aenigma	<b>B</b>	Copia		
Aequalitas	Bacchanalia	Corpus humanum		
Aequanimitas	Balnea	Credulitas		
Aequitas	Barba	Correctio		
Aer	Barbari	Correptio		
Aerarium	Beatus			
Aetas	Bellum	<b>D</b>		
Affinitas	Beneficentia	Debitum		
Agere	Beneficium	Dedilcere		
	Bona	Defendere sua		

Forma			
Fortitudo			
Fortuna aduersa			
Fortuna prospera			
Fucus			
Fuga			
Fulmen			
Futura.			
	<b>G</b>		
<b>G</b> Audium			
<b>G</b> enius			
Gloria			
Græca lingua			
Gratitudo			
Gravitas			
Gula			
	<b>H</b>		
<b>H</b> eroica facta			
<b>H</b> istoria			
Homo			
Honor			
Horologium			
Hospitalitas			
Humanitas			
Hypocrisis			
	<b>I</b>		
<b>I</b> gnorantia			
<b>I</b> mpossibile			
Industria			
Ingenium			
Injuria			
Inimicitia			
Interitus rerum om-			
Inuentio (nium)			
Invidia			
Judicium			
Ira			
	<b>L</b>		
	<b>L</b> abor		
	<b>L</b> ætitia		
	Laus		
	Lectio		
	Lex		
	Liberalitas		
	Liberi		
	Libri		
	Logica		
	Lucrum		
	Luctus		
	Luxuria		
		<b>M</b>	
	<b>M</b> agistratus		
	<b>M</b> agna		
	Mali		
	Malitia		
	Medicina		
	Mediocritas		
	Memoria		
	Mendacium		
	Mercatura		
	Metus		
	Milites		
	Monitio		
	Morbus		
	Mors		
	Mors bellica		
	Moribundi		
	Mortui		
	Mortuorum resusci-		
	Musæ (tatio)		
	Musica		
		<b>N</b>	
	<b>N</b> ativitas		
	<b>N</b> atalis		
			<b>N</b>
			<b>N</b> atura
			Necessitas
			Nomen
			Notitia sui
			Novitas
			Nox
			Nuptiæ
			<b>O</b>
			<b>O</b> ccasio
			Oculi
			Omen
			Opes
			Osculum
			Otium
			<b>P</b>
			<b>P</b> atria
			Paupertas
			Peccata
			Pericula
			Podagra
			Pœna
			Pœtica
			Præceptor
			Principium
			<b>Q</b>
			Quæstio
			<b>R</b>
			<b>R</b> aritas
			<b>R</b> atio
			Repetitio
			Res
			Resuscitatio mortuo-
			Risus (rum)
			Ructus
			Rumor
			<b>S</b>
			Saltatio
			<b>S</b>
			Salutatio
			Sanitas
			Sapientia
			Scientia
			Scripta
			Senectus
			Servitus
			Sexus
			Solatium
			Somnium
			Spes
			Statura
			Sternutatio
			Subita
			<b>T</b>
			<b>T</b> aciturnitas
			Temperantia
			Tempus
			Testis
			Thesaurus
			Tributum
			Turpitude
			Tyrannis
			<b>V</b>
			<b>V</b> eritas
			Vestitus
			Victoria
			Vindicta
			Virtus
			Vitium
			Voluptas
			Usura
			Vulgus.
			<b>X</b>
			Xenium.
			<b>Z</b>
			Zelus.

Verum quid iuvat titulis oculos



*Ja 666*

ULB Halle 3  
002 177 021



*5b-700*

*Von 7*

*MC*







B.I.G.

Farbkarte #13

02. 72  
MEN  
EMONIS

COMMU-  
M

ufum accommo-  
rdine

entiis & exemplis,  
imorum & elegantissimo  
orum, genere

is qui  
do,  
modo memoriam

unt,  
TORUM  
era

AGIRI.

mihi videntur quæ dici poterant,  
est utrum ad consumtam mar-  
dies, & inventuris inventa non  
ni. Seneca ep.78.

URTI